

Et exiliis tuis visis, ut lectis & ingenij & amoris me tui caput
 admiratio? in his enim reluxisse animadverti candorem, &
 amorem tuum, illum in verbis, hunc in subiecto & materia,
 quæ hoc me magis affecit, quod affectus tui in me gratiam odore
 spirat. Quo .n. meo merito scribendi hoc meum qualescung.
 officium, quod sine scelere non omissem, tam benigne interpretaris?
 imo rem auges. Literas meas prædicas? ex amore s; sine furo
 sine labe. Quod studium laudas, gaudeo; quod literas, affectum
 agnosco, non ipsas laudes, quibus famen acuti, non quæ sint, sed
 quæ esse debeant indicare voluisti. Amoris præterea tui
 scintillas aceras video & sparsas colligo in omni epistola^{tue} parte
 dum v; quibuscung. modis potes, rebus & rationibus meis con-
 sulere studes, perge quæso isto quo capisti me prosequi af-
 fectu, perge in effectu, me ama, fove, tuere, mihi consilio &
 auxilio tuo adsis, & me officio meo non defuturum te ipsa
 comperies, de quo certe certus & amicitia communis, in to-
 tam nræ familiam, & amoris peculiaris in me, tubitare
 non potum. Tuas hortationes, me tum ad bonarum artium
 tum ad pietatis studium excitantes, ut ex eodem fonte ma-
 nasse video, ita & libens cum gratiarum actione amplector,
 emitarq. quò cum quem debent locum apud me inveniunt.
 Vale æternum & coniugi tuæ meam salutem dixeris.
 Lugduni Bat. 9. Octob.

opis

Tui
 Studiosissimus.
 Johannes Funcken.

Lusi Soranus ad
 Lusi magis magis X^o

Optimissimo ac doctissimo
viro Johanni Filiberto
Verbi divini Praeceptorum
maestro.

Accipi 12 Octob.

Agrippa Dronow.

[Signature]

SS